

respuat, deplorabimus, nos quidem miseram nostrae Ecclesiae sortem, posterius magis etiam Sentient periclitante. Republica civili simul ac Ecclesiastica quod tamen ut Deus per Vicarium suum avertat, oramus: et ad Sanctitatis vestrae pedes advoluti quam possumus vehementissime Et humillime oramus ut velit Ecclesiam matrem nostram, Et nos Commendatos habere. Praemium Deus retribuet et nos gratitudinis pignus damus Fidem atque observantiam Sedi Apostolicae Immortalem.

Sanctitatis Vestrae Devotissimi et humilissimi Servj ac filij

[gez.] Schultetij [Land-]Ammanj [bzw. Ammann] & Consularij Quinque Cantonum Catholicorum Lucernae, Uraniae, Suity Subsylvaniae Tugy."

- 1) Die in vorliegendem Schreiben behandelten Themen wurden an der Tagsatzung der V kath. Orte vom 4. Dezember 1616 in Baden sowie an jener der VII kath. Orte vom 20./21. Februar 1617 in Luzern behandelt, s. EA V 1, 1269 (Nr. 940) spez. 1269 a bzw. 1274 (Nr. 944) spez. 1275 c. An beiden Tagsatzungen war Stadt und Amt Zug u.a. auch durch **Konrad III.** Zurlauben vertreten.
- 2) s. Helvetia Sacra I/2, 368
- 3) s. ebenda 373
- 4) s. ebenda 390f.
- 5) Weza besass zwar seit 1522 die Anwartschaft auf das Erzbistum, jedoch scheiterten alle seine Bemühungen, auch faktisch zu diesem Amt zu gelangen, s. ebenda 392f.
- 6) s. ebenda 395
- 7) Das voranstehende Wort kann nicht mehr eindeutig gelesen werden.

Kopie - AH 145, 146-153, 156-159

145/62

1621 November 18.

A

ANSPRACHE [EINES VERTRETERS DER OBÖDIENZGESANDTSCHAFT DER
KATH. ORTE VOR PAPST GREGOR XV.]¹

"Ad Gregorium 15um Oratio die 18 ... [November] 1621 Pro Helvetij Oratoribus":

"Vellet ipsa per se, si potest, perpetua Romanae Religionis, ac fidei cultrix Helvetia tuum in Conspectum hodierna luce se dare venerabundam Beatiss.^e Pater. Videns perfecto in amplissimae Provinciae cultu spirantem erga hoc augustissimum solium ac nominatim erga te qui nuper illud, et voluntate Caelestium, et suffragatione mortalium occupasti, ardorem, ac studium singulare. Audires ex ore nobilis Religionis expressos illustribus verbis versus, quos de huius Imperij amplitudine, de Romanae fidei integritate de Pontificum autoritate animo consignavit. Intelligeres quo plausu illum exoptatum nuncium tandem exceperit, qui te ad hunc honoris apicem summa purpurati Ordinis conspiratione sublatum emulgavit. Has inquam, aliasque signi-

ficationes amoris, ac Venerationis ex illius aspectu provinciae cognosceres quae quoniam convenire ipsa per se fastigium hoc mortalitatis minimè potest, adest adeo Legatorum, ac interpretum suorum expedita personis ad istos pedes regum, atque Imperatorum osculis nobiles advoluitur: testatura observantiam, ac fidem, quam Reginae sacrorum Apostolicae sedi debet, atque profitetur, tibi que Princeps Optatissime primam hanc in terris dignitatem ex animo gratulatura. Neque verò Patrocinium ab hac sede communi[?]² gentium tutela impetrabit Helvetiorum Natio, quae susceptae videlicet à primis nascentis Ecclesiae in cunabulis fidei, ac in Romanos Pontifices observantiae semper constantissimè memor, ac propugnatrix, sic saepe numero improborum actu, ac armis laboranti Ecclesiae operam navavit egregiam, ut Pontificum maximorum incredibilem in se quandam benevolentiam, et gratiam conciliaverit. Praedicant nimirum haec scriptae toties Helvetiorum armatorum copiae adversus Romani Nationis, ac fidei perduelles toties cum iisdem suscepta fortiter praemia gesta constanter, feliciter profligata. Praedicant pro huius urbis laribus, ac foris pro pontificum incolumitate exposita innumeris periculis Helvetiorum capita, fususque liberalissimè sanguis. Ex quo intelligi potest, Romanam purpuram colorem illum, quo à Sacro Martyrum cruore imbuta est, Helvetiae deinde sanguinis beneficio florentem, ac Vegetum[?]² non semel conservatum. Viget adhuc in parentum nostrorum memoria, quanto cum animi ardore infensas Catholicae pietati legiones temerè ad arma conversas Helvetiorum generosissimae manus propedi- gium, ac Tigurinum nobiles Helvetiae pagos fuderint debellarint, et contumaces illicò spiritus premere ingenti clade coegerint. Sed haec in Helvetia. Quid foris? Galliam Religiosissimum et bellicosissimum Regnum constat hoc loco proferre. Quid si huic etiam provinciae de recta Religione tam benè merita Salutares olim manus attulerit optima Patrona Religionis Helvetia, et attulit quidem saluberrimas tum alias, tum praesertim, cum [den Kaiser] **Carolus magnum** praedictorum hominum conatibus non in regno modo, verum etiam vitae timentem suae magnanimus manus Helvetiorum exercitus, sic ab impiorum furore vindicavit, ut pristinae Majestatis, ac florentissimae regiae incolumem restituerit, sic enim aciem induxerant suam Helvetij. Sed cum Galliam protegerent armis, Italiae etiam universae, ac Italicae Principi Romae, quam Haereticorum semper gladij appetierunt, una eademque opera opitulaturos, quibus egregiae Nationis studijs in Romanum solium (mirum dictu est) quam liberaliter Summi Pontifices honoris ac benevolentiae significationibus responderint. Infinitj propemodum laboris sit, eos omnes titulos et appellationes honestissimas recensere, quas Helvetij, vel tanquam virtutum honestam:ta vel tamque suae Authoram:ta Militiae sibi ab hac Sanctissima Sede compararunt.

Nonne illos Ecclesiasticae libertatis assertores, ac vindices [Papst] **Julius** ... [II., gest. 1513] cum eorum manu multa è Christiana Republica gessisset nominavit. Nonne [Papst] **Pius** ... [V., gest. 1572] Sanctimoniae Summus Antistes Helvetios Fidei Catholicae propugnatores esse fortissimos pronuntiavit? Eosque, quorum ut in consilijs lingua, sic in bellis dextera, caeteris omnibus Nationibus antecellat? Nonne [Papst] **Paulus** ... [IV., gest. 1559] sumpto à Caelestibus vocabulo, quasi nullum à mortalibus tantae virtutj par peti posset, cognomentum Helvetios Angelos nuncupavit? Sed haec omnia Pontificum testimonia prudenter libens, volensque praetereo.

[Papst] **Anastasius** ... [II., gest. 498] instar mihi omnium unus sit, qui populum Helvetium, cuius afflante Catholicis Fortuna fidem inconcussam parata in omnem Ecclesiae Aleam corpora expertus erat, vel illo pulcherrimo insignivit cum Elogio illo, magnanimo Anastasius ... [II.] Pontif[ex] Max[imus] populo Helvetico pro fide Catholica fortiter pugnantem hoc signum Victoriae donavit³ Denique Hibernos [wohl die Goten gemeint], ut caetera sileam, ferocissimos homines, et transfugas religionis implacabiles, quanto cum luctu in Italiam turmatim irruentes stragibus urbes devastantes, profana Sacraque omnia compillantes vidissemus ipsis superioribus annis, nisi excubantes in Italiae foribus Helvetij obicto suorum corporum vallo impurum illum gregem ab hac sanctissima gentium ara strenuè propulsasset. Quam tuendae fidei amorem tu ipse Beatissime Pater legere potes in frontibus trium oratorum, qui tibi [Jesu] **Christi** Vicario **Petri** Successori dignissimo suorum Nomine veterem in hanc Sedem, obedientiam, ac fidem publica ac nova voluntate confirmant. Horum Primus est ... **Jacobus** [von] **Sonnenberg** intimus Lucernae Consiliarius et olim Lucernae praeses. Alter **Joannes Jacobus Tanner** Eques auratus Uranensis consiliarius et generalis praefectus [=Landesstatthalter] Tertius **Melchior im Veld** [=Imfeld] Eques Auratus Underwaldensis [konkret von Obwalden] Consiliarius Vexillifer perpetuus. Omnes inter suos non minus vitae integritate, quam nobilitate primarij.

Quidquid istorum orationis profertur supplicatione, deprecatur, id provincialium omnium Firmatur precibus, sponsionibusque iuratur, Aurum, gazam, opes, copias, familias, liberos, sanguinem pro hac arce terrarum ultro in omnem fortunam devovere, non minus Helvetium est, quam iuria gentibus edicere Romanum. Spiritum demum ipsum non libenter ducant Helvetij, nisi in hoc tutissimo sinu continenter respirant. Hoc ut ibi aeternum liceat cordium linguis, hoc est votis perorant, osculisque pedum Sanctissimorum ad vota submitunt."

1) s. EA V 2, 228 c

2) Das voranstehende Wort kann nicht mehr eindeutig gelesen werden.

- 3) Diese etwas verwirrlche Passage ist wohl in folgendem Zusammenhang zu sehen: 497 - also in der Regierungszeit Anastasius' II. - besiegte der Frankenkönig **Chlodwig I.** die Alemannen, integrierte sie ins Frankenreich und schuf so die Voraussetzung für deren Christianisierung.

Kopie, wohl aus dem Besitz des Zuger Stadt- und Amtrats, **Konrad III.** Zurlauben - AH 145, 160

145/63

[1621 November 18.?)

A

ANSPRACHE [EINES VERTRETERS VON PAPST GREGOR XV.] VOR DEN GESANDTEN DER OBÖDIENZGESANDTSCHAFT DER KATH. ORTE

"Responsio ad Oratores Helvetiorum"^{1,2}:

"Egregium planè, insignes oratores Helvetij Nationis Decus est, non paucos in Europa Reges triumphatoresque inveniri, qui vestrarum Regionum fortitudini acceptos ferant Principatus ipsos atque Victorias, sed profecto, si bellicae laudes exterarum nationum oculos in p[oten?]tiam vestram, tanquam in militaris virtutis domicilium converterunt, de alijs tamen trophaeis ea potest gloriari, quibus beatarum mentium consilia, Deumque ipsum ad pietatis, et fidei spectaculum evocat, et stipendia felicitatis aeternae speculatus iam diu est tenebrarum. Princeps eas alpes, quibus ipsa natura munivit, in ipsius profugium Sceleri atque arcem impietati extruere tentavit. Quod quidem si contigisset, vidit Sanctissimus Dominus Noster atque universa Catholica Ecclesia, quantum Christiano orbi periculum conflatum esset. In ipsis enim mentium iugis haeresis constituta fortissimarum nationum viribus armata bellum inde nefarium Venetis, Germaniae, Galliae, atque Italiae, templis inferre facile potuisset. Miserentis Dei beneficio, et Vestrae pietatis studio effectum est, ut inferorum atque Haereticorum conatus nihil fermè fuerit aliud vobis Catholicae Religionis, et Ecclesiasticae Libertatis desertoribus quam exercitatio virtutis, et gloriam seges. Quare gratissima ad sanctissimi Domini nostri aures accidit ea orationis pars, qua Helvetiorum merita, id est Dei beneficia et Apostolicae Authoritatis triumphos commemoratis. In laudatione vestra, cum se ipsum nolit agnoscere, omni sibi cohortationis loco fore ait. Debitam ei obedientiam, quam Sanctitati Suae Helvetij Catholici tam honorificâ legatione ritè deferunt, libenter excipit, una cum his venerabilibus Fratribus suis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus. Caeterum cum non minus vestrae dignitatis fautorem, amplificatoremque, ubi se occasio tulerit, experiamini, quam Sanctissimos Pontifices, à quibus ea praeclara